A. D. 1913. N^RUS VII.

CURRENDA

L. 4500.

Do przygotowania pisemnego sprawozdania ze stanu Naszej Dyecezyi,

które mamy przedłożyć Stolicy Apostolskiej, potrzebujemy w niektórych szczegółach wiadomości od P. T. XX. Rządców kościołów.

Poniżej podajemy odnośny kwestyonaryusz z poleceniem, aby każdy P. T. Rządca kościoła na poszczególne pytania dał wyczerpujące wyjaśnienia i przesłał je do Urzędu dziekańskiego.

P. T. XX. Dziekanów zaś wzywamy, aby **do końca miesiąca września** nadesłali Nam wszystkie odpowiedzi swoich kondekanalnych.

* * *

De populo generatim.

Quinam in universum sint populi mores, et an specialia vitia in eo invalescant, et quaenam.

Utrum dominicis et festis diebus fideles generatim abstineant ab operibus servilibus, missam audiant, et hos dies, prout christianos decet, sanctificent.

Eodem modo referatur, quae sit observantia legum abstinentiae et ieiunii et Paschalis praecepti.

Pariter indicetur, quae sit frequentia ad sacramentalem confessionem et ad S. Communionem in variis dioecesis locis pro diverso personarum sexu, conditione, aetate.

Utrum parentes solliciti generatim sint, ut recens nati saltem intra hebdomadam baptismo abluantur: an sint, qui nimium differant, aut forte negligant, vel prohibeant baptismum ministrari.

Utrum matrimonia mere civilia sive concubinatus habeantur, et qua frequentia. An alii speciales vigeant abusus contra sanctitatem matrimonii.

Utrum parentes generatim curent filios suos non solummodo in sinu familiae sed etiam extra, et maxime in scholis, christianis moribus instituere.

Utrum fideles, qui graviter decumbunt, generatim extrema sacramenta deposcant.

An, quo numero et quibusdam de causis funera civilia contingant.

Utrum in exercitio iurium politicorum et civilium curent fideles ita agere, vel tales eligere, quo religioni et libertati Ecclesiae plene consulatur.

An socialismus aliaeque societates ab Ecclesia damnatae radicem fixerint et propagentur.

An spiritismi praxis habeatur.

Quid fiat, ut fideles ab his omnibus avertantur, et quo profectu.

De piis sodalitatibus aliisque religiosis consociationibus.

Utrum adsint piae sodalitates aliaeque religiosae consociationes rite institutae; quot et cuius nominis; an habeantur eae, quae a S. Sede potissimum commendatae sunt, ceu illae a SSmo Sacramento, a Rosario, a christiana doctrina, aliaeque pro pueris et puellis in fide, pietate, morumque puritate excolendis.

Utrum ab auctoritate ecclesiastica iuxta canonicae legis praescripta dependeant; quem fructum afferant; an forte aliquod gignant incommodum.

Utrum adsint tertiarii in saeculo viventes, cuius ordinis, quo fructu; an saepe congregentur. et an sint exemplo fidelibus.

De operibus piis et socialibus.

Utrum hospitalia, orphanotrophia, brephotrophia aliaque similia caritatis instituta in dioecesi fundata sint; et an dependeant ab auctoritate eccleslastica.

Utrum adsint opera illa, quae socialia dicuntur, quibus dum consulitur bono morali et religioso fidelium, prospicitur etiam eorum temporali utilitati vel necessitati, ut: asyli pro infantibus, patronatus pro iuvenibus utriusque sexus, circuli pro iuventute catholica, aut pro studiis peragendis, consociationes operariorum, agricolarum, mulierum in hunc vel alium pium finem vel mutuum subsidium, arcae nummariae aliaque similia.

Utrum consociationes et opera haec socialia, et potissimum, qui eis praesunt, debitam in omnibus Ordinario et Summo Pontifici reverentiam praestent, et in iis, quae fidem, mores et iustitiae leges attingunt, S. Sedis directioni et moderationi omnino subsint.

Cura ne sit, ut hisce consociationibus et operibus praeficiantur, qui non nomine tenus, sed corde et opere catholici sint. Et an caveatur, quatenus opus sit, ut qui hisce consociationibus et operibus adscripti sunt, aut beneficia et subsidia ab iis nanciscuntur, a vitiis recedant, in fidei doctrina instituantur, et christianam vitam ducant.

Utrum caveatur, ne in hisce catholicis consociationibus connumerentur sectis secretis adscripti, increduli, impii vel religioni adversi, qui consociationes ipsas vel earum opera a recto fidei et iustitiae tramite deducere possint.

De editione et lectione librorum et diariorum.

Utrum libri et diaria impia vel obscoena paroeciam ingrediantur, ibique diffusa sint et quaenam potissimum sint.

Utrum strenue a catholicis agatur et praesertim a parochis et a sacerdotibus, ut libri et diaria obscoena vel impia a dioecesi removeantur, adhibita etiam, si fieri potest, civilis auctoritatis opera.

An cleri et maxime confessariorum cura sit, ut libri et diaria obscoena vel impia a catholicis familiis arceantur et a fidelibus non legantur.

Utrum libris et diariis noxiis alia opponantur religiosa et honesta; quot sint, quomodo diffusa et quo fructu.

Msze św. Związku mszalnego do odprawienia.

W związku z Kurendą IV. 1913, podajemy nazwiska 50 P. T. Kapłanów dyecezalnych, którzy do końca grudnia b. r. mają odprawić po jednej Mszy św., czytanej na intencyę osób zapisanych do dyecezalnego Związku mszalnego:

XX.: Rapacz, Ratowski, Dr. Rec, Rejowski, Rogoziewicz, Rogoziński, Rojek, Romański Fr., Romański Leon, Rosiek, Rozwadowski, Ruminowski, Rzepecki, Rzepka, Sadkiewicz, Sadulski, Salewski, Sawiński, Sękowski, Sępek, Siedlik, Siemieński, Sieniewicz, Sierosławski, Sitko, Skibniewski, Skopiński, Skura, Skwirut, Słonina, Smoliński, Smołka, Sokołowski, Solak Jan st., Solak Jan mł., Sołtys, Sora, Sroczyński, Sroka J., Sroka M., Stabrawa, Dr. Stanczykiewicz, Starzec, Stasiński, Staszałek, Stawarz, Stopa, Stosur, Sulisz, Sulma.

SUPREMA S. CONGREGATIO S. OFFICII.

(SECTIO DE INDULGENTIIS).

I.

DECRETUM.

CONCEDUNTUR INDULGENTIAE PRO PIIS EXERCITIIS MENSE AUGUSTO IN HONOREM IMMACULATI CORDIS B. M. V. PERAGENDIS.

Quum pluribus in locis invaluerit iam usus dicandi mensem augustum honori et venerationi Immaculati Cordis B. M. V., eodem modo ac alii menses ipsimet colendae Deiparae consecrantur; ut in dies magis ac magis propagetur pius mos praedictus, ac fideles magis ad eandem devotionem alliciantur, enixe supplicatum est, ut omnibus fidelibus christianis, qui sive publice, sive privatim singulis mensis augusti diebus in honorem Immaculati Cordis B. M. V. aliquas preces fuderint, seu alia pietatis exercitia peregerint, sanctissimus D. N. Pius Pp. X. aliquot Indulgentias concedere dignaretur. Sanctitas vero Sua, per facultates infrascripto Cardinali supremae S. Congregationis S. Officii Secretario impertitas, benigne has preces suscepit, ac sequentes Indulgentias, defunctis quoque applicabiles, elargitus est: Indulgentiam trecentorum dierum, singulis praedicti mensis diebus, si corde saltem contriti christifideles, quae supra dicta sunt, pia opera

exercuerint; Indulgentiam plenariam semel eo mense lucrandam, si praeterea ad sacramenta Confessionis et Ssmae Eucharistiae devote accesserint, aliquam ecclesiam vel publicum sacellum visitaverint et ad mentem Summi Pontificis oraverint. Praesenti in perpetuum valituro, absque ulla Brevis expeditione. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Die 13. martii 1913.

M. CARD. RAMPOLLA.

L. † S.

† D. Archiep. Seleucien., *Ads. S. O.*

II.

DECRETUM.

S. VINCENTII FERRERI PRECES AD SANCTUM VITAE MORTALIS EXITUM A DEO IMPLORANDUM INDULGENTIA CCC DIERUM DITANTUR.

Ssmus D. N. D. Pius div. prov. Pp. X., in audientia R. P. D. Adsessori S. Officii impertita, benigne concedere dignatus est, ut christifideles, infra relatas preces, a S. Vincentio Ferreri compositas ad sanctum vitae mortalis exitum a Deo implorandum, corde saltem contrito, recitantes, Indulgentiam trecentorum dierum semel in die lucrari valeant, quam, si malint, animabus etiam in Purgatorio degentibus applicare queant. Praesenti in perpetuum valituro absque ulla Brevis expeditione. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Die 5. iunii 1913.

M. CARD. RAMPOLLA.

L. † S.

† D. Archiep. Seleucien, *Ads. S. O.*

PRECES.

Miserere mei, Deus, et exaudi orationem meam (*Ps. IV.*, v. 1).

Miserere mei, Domine, quoniam infirmus sum; sana me, Domine, quoniam conturbata sunt ossa mea (*Ps. VI.*, v. 2).

Miserere mei, Domine; vide humilitatem meam de inimicis meis (*Ps. IX.*, v. 13).

Miserere mei, Deus, quoniam tribulor; conturbatus est in ira oculus meus et venter meus (*Ps. XXX.*, v. 9).

Miserere mei, Deus, secundum magnam misericordiam tuam (*Ps. L.*, v. 1).

Miserere mei Deus, quoniam conculcavit me homo: tota die impugnans tribulavit me (*Ps. LV.*, v. 1).

Miserere mei, Deus, miserere mei, quoniam in te confidit anima mea (*Ps. LVI.*, v. 1).

Miserere mei, Domine, quoniam ad te clamavi tota die; laetifica animam servi tui, quoniam ad te, Domine, animam meam levavi (*Ps. LXXXV.*, v. 3).

Miserere nostri, Domine, miserere nostri, quia multum repleti sumus despectione (*Ps. CXXII.*, v. 4).

Gloria Patri et Filio et Spiritui Sancto. Sicut erat in principio, et nunc et semper, et in saecula saeculorum. Amen.

OREMUS.

Domine Iesu Christe, qui neminem vis perire et cui numquam sine spe misericordiae supplicatur, nam tu dixisti ore sancto tuo et benedicto, *omnia quaecumque petieritis in nomine meo, fient vobis;* peto a te, Domine, propter nomen sanctum tuum, ut in articulo mortis meae des mihi integritatem sensus cum loquela, vehementem contritionem de peccatis meis, veram fidem, spem ordinatam, caritatem perfectam, ut tibi puro corde dicere valeam: In manus tuas, Domine, commendo spiritum meum; redemisti me, Deus veritatis, qui es benedictus in saecula saeculorum. Amen.

III.

DECRETUM.

SOLVUNTUR DUBIA CIRCA SS. NUMISMATA SCAPULARIBUS SUFFICIENDA.

Ad supremam hanc Congregationem sancti Officii sequentia exhibita sunt dubia pro opportuna solutione; nimirum: I. Utrum sacerdos pollens facultate Scapularia imponendi, possit unico signo crucis pro unoquoque Scapulari benedicere publice omnia Ss. Numismata, quae habent fideles in ecclesia vel in quodam conventu, quin haec Numismata videantur, nec in individuo cognoscantur? II. Utrum benedictio impertiri possit Ss. Numismatibus pro personis iam non adscriptis Scapularibus per impositionem, sed postea vel serius adscribendis; quae Numismata gauderent favoribus Scapularium, tempore quo personae erunt adscriptae per regularem impositionem? Vel estne necessarium, personas iam Scapularibus adscriptas esse, antequam Ss. Numismata pro ipsis efficaciter benedici possint? III. Utrum benedici possint Numismata multa, quae distribuenda sunt quibuscumque personis, quarum aliae iam Scapularibus adscriptae sunt et aliae non adscriptae; et in hoc casu, Numismata, saltem personis iam Scapularibus adscriptis data, eruntne benedicta?

Emi ac Rmi Patres una mecum Generales Inquisitores, in solito conventu habito feria IV., die 4. iunii 1913, dixerunt: ad I. Affirmative; ad II. Affirmative ad primam partem, Negative ad secundam; ad III. provisum in II.

Et Ssmus D. N. D. Pius div. prov. Pp. X., in audientia R. P. D. Adsessori supremae huius Congregationis, feria V., die 5., eodem mense eodemque anno, impertita, Emorum Patrum resolutiones benigne approbavit et hoc Decretum desuper expediri iussit. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

M. CARD. RAMPOLLA.

L. † S.

† D. Archiep. Seleucien., *Ads. S. O.*

IV.

DECRETUM SEU DECLARATIO.

CIRCA PIA OBIECTA A SUMMO PONTIFICE BENEDICTA.

Ssmus D. N. D. Pius div. prov. Pp. X., in audientia R. P. D. Adsessori supremae Congregationis sancti Officii impertita, benigne declarare dignatus est, Indulgentias, quas Ipse solet adnectere crucibus, crucifixis, rosariis, coronis, ss. numismatibus et parvis statuis, Sibi a fidelibus porrectis, illas tantummodo esse intelligendas, quae in elencho, a sacra Congregatione Indulgentiarum die 28. augusti 1903 edito, recensentur, quaeque apostolicae nuncupantur; nisi expressis verbis significet, alias insuper velle adnectere, v. gr. Birgittae, vel Crucigerorum, specifice ac nominatim eas designando. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Die 12. iunii 1913.

M. CARD. RAMPOLLA.

L. † S.

† D. Archiep. Seleucien., *Ads. O. S.*

V.

DECRETUM.

CHRISTIANA SALUTATIO SUB INVOCATIONE DIVINI IESU NOMINIS AMPLIORI INDULGENTIA DITATUR.

Etsi pervetusta piissima consuetudo, inter christianos plurimis in locis invecta, sese invicem salutandi sub SSmi Iesu Nominis invocatione, qua nimirum alter dicit: *Laudetur Iesus Christus,* alter vero respondet: *Amen* vel *In saecula,* aut similiter, iamdiu Apostolicae Sedis favorem adepta sit et Indulgentia quinquaginta dierum per Summos Pontifices ditata; ut tam frugifera praxis impensiori studio, ubi viget teneatur, ubi autem obsolevit restituatur, alibi demum large propagetur; Ssmus D. N. D. Pius div. prov. Pp. X., precibus Sibi, occasione sextodecimo recurrentium saecularium solemnium a pace Ecclesiae donata, porrectis benigne annuens, Indulgentiam centum dierum, defunctis quoque adplicabilem, a singulis christifidelibus quoties, uti supra, se invicem salutaverint lucrandam, largiri dignatus est. Praesenti in perpetuum valituro, absque ulla Brevis expeditione. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Ex audientia Sanctissimi die 27. martii 1913.

M. CARD. RAMPOLLA.

L. † S.

† D. Archiep. Seleucien., *Ads. S. O.*

S. C. De disciplina Sacramentorum.

ROMANA ET ALIARUM.

DUBIORUM SUPER MISSAE CELEBRATIONE IN ORATORIIS PRIVATIS.

Postquam sanctissimus Dominus noster Pius Papa X., Motu Proprio »*Supremi disciplinae*« de diebus festis, die 2. iulii 1911 dato, festos dies ex Ecclesiae praecepto servandos imminuit et sacra Rituum Congregatio Decretum Urbis et Orbis »*Evulgato Motu Proprio*« die 24. eiusdem mensis iulii edidit, sequentia dubia huic sacrae Congregationi de Sacramentis proposita sunt:

I. An Missa in Oratoriis privatis prohibita sit diebus festis Commemorationis solemnis S. Ioseph, Annuntiationis B. M. V., Commemorationis solemnis sanctissimi Corporis D. N. J. C. et in festo Patroni cuiusque loci, quum non sint de praecepto?

II. An prohibita censeatur in festo Ssmae Trinitatis, in Dominica infra Octavam Corporis Christi et in Dominica, qua celebratur Nativitas S. Ioannis Baptistae?

Quibus dubiis Eminentissimi ac Reverendissimi huius sacrae Congregationis Cardinales, in plenario coetu die 4. mensis aprilis 1913. habito, responderunt:

Negative ad utrumque.

Hanc vero responsionem Sanctitas Sua in audientia ab infrascripto Secretario, die 5. eiusdem mensis aprilis habita, ratam habere et confirmare dignata est.

Datum Romae, e Secretaria sacrae Congregationis de Disciplina Sacramentorum, die 11. aprilis 1913.

D. CARD. FERRATA, *Praefectus.*

Ph. Giustini, *Secretarius.*

Sacra Poenitentiaria Apostolica.

DECLARATIO CIRCA IUBILAEUM.

Proposita nuper est huic sacrae Poenitentiariae quaestio: »An Iubilaeum indictum litteris apostolicis *Magni faustique eventus,* datis die 8. martii huius anni, pluries acquiri possit, si iniuncta opera repetantur«.

Re mature perpensa, eadem sacra Poenitentiaria, de mandato Ssmi D. N. Pii Papae X., ad quaesitum propositum respondendum esse decrevit, prout alias, occasione praecedentium iubilaeorum, declaratum est, nempe:

Praedictum Iubilaeum, quoad plenariam indulgentiam, bis aut pluries acquiri posse, iniuncta opera bis aut pluries iterando; semel vero, idest prima tantum vice, quoad ceteros favores, nempe absolutiones a censuris et a casibus reservatis, commutationes aut dispensationes.

Datum Romae in sacra Poenitentiaria, die 6. iunii 1913.

S. CARD. VANNUTELLI, *Maior Poenitentiarius.*

I. Palica, *S. P. Secretarius.*

S. CONGREGATIO RITUUM.

DECRETUM

DE PRECIBUS IN FINE MISSAE RECITANDIS.

A nonnullis locorum Emis Ordinariis, sacrorum Rituum Congregationi sequens quaestio, pro opportuna solutione, proposita fuit, nimirum:

An, attentis S. R. C. Decretis n. 3697, Ordinis *Min. Capuccinorum*, 7. decembris 1888 ad III., de Missa Conventuali sine cantu et n. 4271 *Baionen.*, 8. iunii 1911 ad II., de Missa votiva lecta S. Cordis Iesu, prima feria VI. cuiusvis mensis, etiam aliqua similis Missa lecta, ex gr. occasione primae communionis, aut communionis generalis, sacrae confirmationis vel ordinationis aut pro sponsis, haberi possit uti solemnis; eique applicari valeant praefata decreta quoad Preces in fine Missae, a Summo Pontifice praescriptas, omittendas?

Et sacra Rituum Congregatio, audito Commissionis liturgicae suffragio, omnibus accurrate perpensis ita rescribendum censuit: »*Affirmative*, si Missa cum aliqua solemnitate celebretur, vel Missam, quin celebrans ab altari recedat, immediate ac rite subsequatur aliqua sacra functio seu pium exercitium«.

Atque ita rescripsit ac declaravit. Die 20. iunii 1913.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus*.

L. † S.

† Petrus La Fontaine. Ep. Charistien., *Secretarius*.

COMMISSIO PONTIFICIA DE RE BIBLICA.

I.

DE AUCTORE, DE TEMPORE COMPOSITIONIS ET DE HISTORICA VERITATE LIBRI ACTUUM APOSTOLORUM.

Propositis sequentibus dubiis Pontificia Commissio de Re Biblica ita respondendum decrevit:

I. Utrum perspecta potissimum Ecclesiae universae traditione usque ad primaevos ecclesiasticos scriptores assurgente, attentisque internis rationibus libri Actuum sive in se, sive in sua ad tertium Evangelium relatione considerati et praesertim mutua utriusque prologi affinitate et connexione (*Luc.*, I., 1—4; *Act.*, I., 1—2), uti certum tenendum sit volumen, quod titulo Actus Apostolorum, seu *Πράξεις Ἀποστόλων,* praenotatur, Lucam evangelistam habere auctorem?

R. Affirmative.

II. Utrum criticis rationibus desumptis tum ex lingua et stylo, tum ex enarrandi modo, tum ex unitate scopi et doctrinae, demonstrari possit librum Actuum Apostolorum uni dumtaxat auctori tribui debere; ac proinde eam

recentiorum scriptorum sententiam, quae tenet Lucam non esse libri auctorem unicum, sed diversos esse agnoscendos eiusdem libri auctores, quovis fundamento esse destitutam?

R. Affirmative ad utramque partem.

III. Utrum, in specie, pericopae in Actis conspicuae, in quibus, abrupto usu tertiae personae, inducitur prima pluralis *(Wirstücke)*, unitatem compositionis et authenticitatem infirment; vel potius historice et philologice consideratae eam confirmare dicendae sint?

R. Negative ad primam partem, affirmative ad secundam.

IV. Utrum, ex eo quod liber ipse, vix mentione facta biennii primae romanae Pauli captivitatis, abrupte clauditur, inferri liceat auctorem volumen alterum deperditum conscripsisse, aut conscribere intendisse, ac proinde tempus compositionis libri Actuum longe possit post eamdem captivitatem differri; vel potius iure et merito retinendum sit Lucam sub finem primae captivitatis romanae apostoli Pauli librum absolvisse?

R. Negative ad primam partem, affirmative ad secundam.

V. Utrum, si simul considerentur tum frequens ac facile commercium, quod procul dubio habuit Lucas cum primis et praecipuis ecclesiae Palaestiniensis fundatoribus nec non cum Paulo gentium Apostolo, cuius et in evangelica praedicatione adiutor et in itineribus comes fuit; tum solita eius industria et diligentia in exquirendis testibus rebusque suis oculis observandis; tum denique plerumque evidens et mirabilis consensus libri Actuum cum ipsis Pauli epistolis et cum sincerioribus historiae monumentis; certo teneri debeat Lucam fontes omni fide dignos prae manibus habuisse eosque accurate, probe et fideliter adhibuisse: adeo, ut plenam auctoritatem historicam sibi iure vindicet?

R. Affirmative.

VI. Utrum difficultates, quae passim obiici solent tum ex factis supernaturalibus a Luca narratis, tum ex relatione quorundam sermonum, qui, cum sint compendiose traditi, censentur conficti et circumstantiis adaptati; tum ex nonnullis locis ab historia sive profana, sive biblica apparenter saltem dissentientibus; tum demum ex narrationibus quibusdam, quae sive cum ipso Actuum auctore sive cum aliis auctoribus sacris pugnare videntur; tales sint, ut auctoritatem Actuum historicam in dubium revocare vel saltem aliquomodo minuere possint?

R. Negative.

II.

DE AUCTORE, DE INTEGRITATE ET DE COMPOSITIONIS TEMPORE EPISTOLARUM PASTORALIUM PAULI APOSTOLI.

Propositis pariter sequentibus dubiis Pontificia Commissio de Re Biblica ita respondendum decrevit:

I. Utrum prae oculis habita Ecclesiae traditione inde a primordiis universaliter firmiterque perseverante, prout multimodis ecclesiastica monumenta vetusta testantur, teneri certo debeat epistolas, quae pastorales dicuntur, nempe ad Ti-

motheum utramque et aliam ad Titum, non obstante quorumdam haereticorum ausu, qui eas, utpote suo dogmati contrarias, de numero paulinarum epistolarum, nulla reddita causa, eraserunt, ab ipso apostolo Paulo fuisse conscriptas et inter genuinas et canonicas perpetuo recensitas?

R. Affirmative.

II. Utrum hypothesis sic dicta fragmentaria, a quibusdam recentioribus criticis invecta et varie proposita, qui, nulla ceteroquin probabili ratione, immo inter se pugnantes contendunt epistolas pastorales posteriori tempore ex fragmentis epistolarum sive ex epistolis paulinis deperditis ab ignotis auctoribus fuisse contextas et notabiliter auctas, perspicuo et firmissimo traditionis testimonio aliquod vel leve praeiudicium inferre possit?

R. Negative.

III. Utrum difficultates, quae multifariam obiici solent sive ex stylo et lingua auctoris, sive ex erroribus praesertim Gnosticorum, qui uti iam tunc serpentes describuntur, sive ex statu ecclesiasticae hierarchiae, quae iam evoluta supponitur, aliaeque huiuscemodi in contrarium rationes, sequentiam, quae genuinitatem epistolarum pastoralium ratam certamque habet, quomodolibet infirment?

R. Negative.

IV. Utrum, cum non minus ex historicis rationibus quam ex ecclesiastica traditione, Ss. Patrum orientalium et occidentalium testimoniis consona, necnon ex indiciis ipsis, quae tum ex abrupta conclusione libri Actuum tum ex paulinis epistolis Romae conscriptis et praesertim ex secunda ad Timotheum facile eruuntur, uti certa haberi debeat sententia de duplici romana captivitate Apostoli Pauli; tuto affirmari possit epistolas pastorales conscriptas esse in illo temporis spatio, quod intercedit inter liberationem a prima captivitate et mortem Apostoli?

R. Affirmative.

Die autem 12. iunii 1913. in audientia infrascripto Rmo Consultori ab Actis benigne concessa, Ssmus Dominus noster Pius Papa X. praedicta responsa rata habuit ac publici iuris fieri mandavit.

Romae, die 12. iunii 1913.

LAURENTIUS JANSSENS, O. S. B.,
Consultor ab Actis.

L. † S.

L. 2854.

Prezydyum Wyższego c. k. Sądu krajowego w Krakowie, przesłało Nam wykaz co do udzielania nauki religii przez P. T. Duchowieństwo więźniom w roku ubiegłym w 21 miastach i miasteczkach Dyecezyj Naszej, w których znajdują się sądy powiatowe.

Z tego wykazu wynika, że na ogół P. T. Duszpasterze gorliwie zajmowali się aresztantami. — Polecamy i nadal opiekę nad przestępcami, zwłaszcza młodocianymi; P. T. Księżom proboszczom przypominamy, że Prezydyum wyższego

Sądu krajowego pozwala duszpasterzom w tym celu obrać sobie czas najodpowiedniejszy, wolniejszy od zajęć parafialnych, jak również nakłada obowiązek przełożonym aresztu, aby uwiadamiali Urząd parafialny, kiedy w więzieniu znajduje się większa liczba inkwizytów.

Dekret św. Kongregacyi dla Zakonników, o spowiedzi Zakonnic i Sióstr.

(Curr. VI. 1913, str. 47. i nast.) po polsku:

Gdy do dnia dzisiejszego wiele zostało wydanych przepisów prawnych (jak tego sama sprawa i potrzeby czasu wymagały), odnoszących się do sakramentalnych spowiedzi Zakonnic i Sióstr żyjących w Kongregacyach, zdało się takowe, w części zmienione i stosownie ułożone, zebrać w jeden następujący dekret:

1. Każdemu Zgromadzeniu zakonnemu, tak Zakonnic (ze ślubami uroczystymi i papieską klauzurą) jak Sióstr (w Kongregacyi żyjących), z reguły należy dać tylko jednego spowiednika zwyczajnego, chyba, żeby z powodu ich wielkiej liczby albo dla innej słusznej przyczyny, okazała się potrzeba dać jeszcze drugiego spowiednika albo więcej.

2. Spowiednik zwyczajny z reguły nie ma dłużej pozostać w swym urzędzie ponad trzy lata. Biskup jednak lub Ordynaryusz może go zatwierdzić na drugie a nawet na trzecie trzechlecie:

a) jeśli z braku uzdolnionych do tego obowiązku kapłanów, nie może inaczej zarządzić, lub

b) jeśli większa część zakonnic, także tych, co nie mają głosu w innych sprawach, zgodziła się tajnem głosowaniem na zatwierdzenie tegoż samego spowiednika; tym jednak, co się nie zgodziły, należy, gdyby zażądały, innego dać spowiednika.

3. Kilka razy w roku należy dać każdej zakonnej Kongregacyi spowiednika nadzwyczajnego, do którego mają pójść wszystkie zakonnice, przynajmniej dlatego, aby otrzymały błogosławieństwo.

4. Dla każdego domu zakonnego niech Ordynaryusz wyznaczy kilku kapłanów, którychby Zakonnice w wypadkach poszczególnych mogły łatwo poprosić o wysłuchanie spowiedzi.

5. Jeśliby jaka Zakonnica, dla spokoju wewnętrznego i większego postępu w życiu duchownem, żądała specyalnego spowiednika lub kierownika duchownego, ma jej go użyczyć bez trudności Ordynaryusz, który jednak winien czuwać, by z tego przyzwolenia nie powstały nadużycia; a gdyby powstały, winien je ostrożnie i roztropnie usunąć, bez naruszenia jednak wolności sumienia.

6. Jeśli dom zakonny podlega władzy Ordynaryusza miejscowego, ten wybiera (ustanawia) kapłanów, mających pełnić obowiązki spowiedników, tak

zwyczajnych, jak nadzwyczajnych; jeśli zaś podlega Przełożonemu zakonnemu, ten niech przedstawi spowiedników Ordynaryuszowi, do którego kompetencyi należy udzielić im władzy słuchania spowiedzi.

7. Na urząd spowiednika, czy zwyczajnego, czy nadzwyczajnego, czy specyalnego, mogą być przeznaczeni kapłani tak z kleru świeckiego, jak za pozwoleniem przełożonych, z kleru zakonnego, byle jednak nie mieli jakiejkolwiek władzy nad temi zakonnicami *in foro externo* (t. j. w sprawach należących do zewnętrznego kierownictwa).

8. Ci spowiednicy winni mieć czterdzieści lat skończonych, mają się odznaczać nieskazitelnością obyczajów i roztropnością; Ordynaryusz jednak, dla słusznej przyczyny i pod odpowiedzialnością na jego sumieniu ciążącą, może do tego obowiązku wybrać kapłanów, którzy tego wieku nie dosięgli, byle się odznaczali rzeczonemi zaletami duszy.

9. Spowiednik zwyczajny nie może być nadzwyczajnym, ani nie może być, prócz wypadków w artykule drugim oznaczonych, ponownie wybranym na zwyczajnego w tym samym domu zakonnym, aż dopiero po upływie roku od chwili, gdy przestał być zwyczajnym. Spowiednik nadzwyczajny może być bezpośrednio ustanowiony zwyczajnym.

10. Wszyscy spowiednicy, czy Zakonnic, czy Sióstr, niech się nie mieszają do wewnętrznego lub zewnętrznego rządu domem zakonnym.

11. Jeżeli jaka zakonnica prosi o spowiednika nadzwyczajnego, żadnej przełożonej nie wolno, czy bezpośrednio, czy przez inną osobę, ani wprost, ani ubocznie, pytać się o przyczynę, prośbie się sprzeciwiać słowy lub czynami, ani w jakikolwiek sposób okazywać, że jej się to nie podoba. Gdyby się tak zachowała, ma ją upomnieć Ordynaryusz własny; gdyby ponownie tem samem zawiniła, ma być przez niego złożona z urzędu, za porozumieniem ze św. Kongregacyą dla spraw zakonnych.

12. Zakonnice niechaj ze sobą żadną miarą nie mówią o spowiedziach Sióstr, ani niech się nie ważą karcić tych Sióstr, które się spowiadają przed innym spowiednikiem, a nie przed wyznaczonym; w przeciwnym razie niech je ukarze Przełożona lub Ordynaryusz.

13. Spowiednicy specyalni, przyzwani do klasztoru lub domu zakonnego, jeśli spostrzegą, że Zakonnice bez słusznej przyczyny, czy to konieczności, czy pożytku duchownego, ich przyzywają, niechaj je roztropnie opuszczą. Nadto upomina się wszystkie Zakonnice, aby przyzwolenia sobie udzielonego, iż mogą prosić o specyalnego spowiednika, tak używały, iżby poniechawszy względy ludzkie, małostkowe, miały na oku tylko dobro duchowne i postęp w cnotach zakonnych.

14. Jeżeliby kiedy Zakonnice lub Siostry dla jakiejkolwiek przyczyny bawiły poza swym domem zakonnym, wolno im w każdym kościele lub kaplicy, nawet pół-publicznej, odprawić spowiedź wobec któregokolwiek spowiednika, aprobowanego do słuchania spowiedzi wiernych obojej płci. Przełożona nie może tego zakazywać, ani się o to pytać, nawet ubocznie, a Zakonnice nie są obowiązane mówić o tem Przełożonej.

15. Wszystkie, czy Zakonnice, czy Siostry, gdy są ciężko chore, choćby nie było niebezpieczeństwa śmierci, mogą przyzwać każdego kapłana do słuchania spowiedzi aprobowanego i spowiadać się przed nim w czasie choroby, ilekroć zechcą.

16. Dekret niniejszy ma być zachowany we wszystkich Zgromadzeniach zakonnych żeńskich, tak ze ślubami uroczystymi, jak prostymi, w Zgromadzeniach Oblatek [1]) i innych, które nie mają ślubów, choćby to były Instytuta tylko dyecezalne. Obowiązuje on także Zgromadzenia, które pozostają pod jurysdykcyą Przełożonego zakonnego, a gdyby ten nie dbał o jego pilne zachowanie, Biskup lub Ordynaryusz miejscowy niech to uczyni jako Delegat Stolicy Apostolskiej.

17. Ten dekret ma być dodany do reguł i konstytucyj każdego Zgromadzenia zakonnego i publicznie odczytywany w języku ojczystym w kapitule wszystkich Zakonnic raz do roku.

Na pełnej sesyi Ich Eminencyj Kardynałów św. Kongregacyi dla spraw zakonnych odbytej w pałacu watykańskim na d. 31. stycznia 1913 r. J. Św. Papież Pius X. na wniosek niżej podpisanego Sekretarza, raczył ten Dekret we wszystkich szczegółach zatwierdzić i polecić, aby był publicznie ogłoszony i przez wszystkich, których dotyczy, na przyszłość ściśle zachowany; mimo przeciwnych jakichkolwiek postanowień, choćby specyalnych i osobnej wzmianki godnych.

Dan w Rzymie, ze Sekretaryatu św. Kongregacyi dla spraw zakonnych, dnia 3. lutego 1913 r.

FR. I. C. KARDYNAŁ VIVES, *Prefekt.*

Donatus, Arcybiskup Efezu, *Sekretarz.*

Mutationes inter Venerabilem Clerum.

Nominatus: Rmus D. Wilczkiewicz Antonius, Praep. in Bochnia, Vice-Decanus decan. Bochniaënsis.

Decoratus: A. R. D. Sowiński Joannes, Par. in Wojakowa, usu Expos. canon.

Instituti: A. R. Dni Padykuła Josephus, Par. in Rajbrot, ad benef. in Rzezawa; Pabis Joannes, Catech. et Director schol. claustr. VV. Clariss. et Capellanus eiusdem monasterii in Stary Sącz, ad benef. in Skrzyszów; Tokarz Ludovicus, Catech. schol. sublim. puell. in Nowy Sącz, ad benef. vac. in Łapczyca et Müller Ludovicus, Catech. schol. popul. puer. in Stary Sącz, ad benef. vac. in Trzciana.

---

[1]) Oblati, Oblaci, Oblatki, Zgromadzenia powstałe w nowszych czasach, zamiast ślubów zakonnych, „ofiarują się“ tylko Przełożonemu swemu lub Biskupowi do różnego rodzaju uczynków miłosierdzia chrześcijańskiego. Lexykon konwencyjny Herdera w t. 6. str. 787. wylicza 8 zgromadzeń męskich, a 5 zgromadzeń żeńskich Oblatów, względnie Oblatek.

Praesentati: RR. DD. Krzemieniecki Stanislaus, Catech. schol. popul. in Dębica, ad benef. vac. in Okocim et Paczyński Michaël, admin. vac. benef. in Tropie, ad hoc benef.

Libere resignarunt benef.: A. R. Dni Gibel Stephanus, Par. in Ryglice et pane emerit. provisus et Jachna Adalbertus, Par. in Tylmanowa, qua Coop. ad Uszew applicatus.

Libere resignavit praesentationi ad benef. in Złota: A. R. D. Staszałek Franciscus, Par. in Rożnów.

Constituti R. Dni: Clrmus Dr. Paryło Franciscus, Praef. stud. in Semin. dioec., Vice-Rector Semin. dioec. in locum A. R. Clrmi Dris D. Michaëlis Rec, qui huic officio resignavit; Pawlus Michaël, Catech. schol. popul. in Bochnia, Catech. II. in c. r. gymn. in Bochnia; Kordela Stanislaus, Catech. auxil. c. r. gymn. in Nowy Sącz, Praef. stud. in Semin. dioec.; Sulma Paulus, Catech. schol. capit. puell. in Tarnów, Catech. schol. capit. puell. in Nowy Sącz; Pałka Antonius, Catech. schol. popul. in Padew, Catech. et Director schol. puell. claustr. VV. Clarissarum et Capellanus eiusdem monasterii in Stary Sącz; Chrząszcz Josephus, Catech. schol. popul. in Kolbuszowa, Catech. schol. capit. puell. in Tarnów; Bogacz Andreas, Coop. in Mielec, Catech. schol. popul. puer. ibidem; Rejowski Andreas, Coop. in Dębica, Catech. schol. popul. ibidem; Marzec Josephus, Coop. in Ropczyce, catech. schol. popul. in Stary Sącz; Jarosz Joannes, Coop. in Stary Wiśnicz, Catech. schol. popul. in Kolbuszowa et Gawron Martinus, Coop. in Nowy Sącz, Catech. schol. popul. in Padew. — R. Dni: Wolski Bartholomaeus, admin. vac. benef. in Trzciana, admin. benef. in Wojakowa (infirm. parocho); Wyrwa Jacobus, Coop. in Ryglice, admin. vac. benef. in Ryglice; Leśniak Josephus, Coop. in Mikluszowice, admin. vac. benef. in Złota; Rogoziński Josephus, admin. vac. benef. in Rzezawa, admin. vac. benef. in Rajbrot; Czapieński Ludovicus, Coop. in Łącko, admin. vac. benef. in Tylmanowa.

Translati R. Dni Cooperatores: Wójcik Joannes, e Wojnicz ad Bobowa; Padykuła Carolus, e Lipnica murowana ad Bochnia; Zięba Joannes, e Wielopole skrz. ad Chełm; Skwirut Romanus, e Chełm ad Wiśnicz stary; Luraniec Jacobus, e Jadowniki ad Olesno qua Coop. II.; Stosur Jacobus, e Limanowa ad Lubzina; Stawarz Theophilus, e Kolbuszowa ad Ropczyce; Orczyk Michaël, e Kolbuszowa ad Mszana dolna; Rzepecki Stanislaus, e Łącko ad Niedźwiedź; Fasuga Josephus, e Zassów ad Siedlce; Kania Andreas, e Siedlce ad Jadowniki; Łanowski Joannes, e Mszana dolna ad Jakóbkowice; Mendrala Ladislaus, e Tuchów ad Radłów, qua Coop. III. pro Eccl. fil. in Zabawa et Zdrochec; Lewandowski Petrus, e Szczepanów ad Nowy Sącz; Rojek Martinus, ex Otfinów ad Ochotnica górna, qua Coop. exp.

Applicati R. Dni Neopresbyteri: Bączewski Stanislaus ad Łącko, qua Coop. I.; Chmiel Joannes ad Szczepanów, qua Coop. II.; Dąbrowski Michaël ad Mikluszowice, qua Coop. II.; Duchiewicz Romanus ad Mielec; Gajek Josephus ad Kolbuszowa, qua Coop. II.; Habela Marianus ad

Ryglice; Japoł Stanislaus ad Limanowa, qua Coop. II.; Kornaus Adalbertus ad Wilczyska; Mieczysławski Joannes ad Rzezawa; Mróz Valentinus ad Kolbuszowa, qua Coop. I.; Potoniec Joannes ad Zassów, qua Coop. II.; Prokopek Vincentius ad Zassów, qua Coop. I.; Pyzikiewicz Leo ad Lipnica murowana; Rajca Petrus ad Zakliczyn; Rapacz Andreas ad Chomranice; Skibniewski Aloisius ad Łącko, qua Coop. II.; Słonina Adalbertus ad Otfinów; Sokołowski Joannes ad Wojnicz, qua Coop. II.; Teper Joannes ad Tuchów, qua Coop. II.; Trojnacki Miecislaus ad Wielopole skrzyńskie et Warecki Petrus ad Dębica, qua Coop. II.

Curant valetudinem: A. R. D. Sowicki Joannes, Par. in Wojakowa et R. D. Słowik Joannes, Coop. exp. in Ochotnica górna.

Pane emerit. provisus: R. D. Gutfiński Franciscus, Coop. in Niedźwiedź.

Ab Officiis eliberatus: R. D. Jacak Joannes, Coop. in Zakliczyn.

Z KONSYSTORZA BISKUPIEGO.

W Tarnowie, dnia 30. lipca 1913.

Ks. Dr Władysław Mysor
Kanclerz.

† Leon
Biskup

Nakładem Kleru Dyecezalnego. Z Drukarni Zygmunta Jelenia w Tarnowie.